

que verisimiliter in antea plus posse gravari a dicto reverendo in Christo patre et domino, domino episcopo Mersenburgensi, tamquam ipsius universitatis non iudice et eius iniusto et nullo mandato ab omnibus et singulis gravaminibus que ex eis colliguntur seu colligi possunt in futurum, ad sanctam sedem apostolicam aut concilium generale iconomenicum, 5 proxime ut speratur pro scismate universalis ecclesie extirpando affuturum, in hiis scriptis provoco et appello apostolosque peto primo, secundo, tercio instanter, instancius, instantissime ac cum debita iuris instancia michi dari si quis sit, qui michi eos dare velit et possit vel saltem a vobis domino notario testimoniales recipio, subiciens me cum michi et dicte universitati adherentibus et adherere volentibus tuicioni, protectioni, defensionem et 10 presidio dicte sedis apostolice aut generalis concilii proxime affuturi, protestansque quod hanc appellacionem volo corrigere, emendare, innovare et hiis quorum interest insinuare tempore et loco congruis et oportunis, requirens nichilominus vos dominum notarium supra premissis quotquot fuerint necessaria confici instrumenta. Lecta et interposita est hec appellacio anno, indictione et aliis quibus supra, presentibus ibidem venerabilibus et 15 discretis viris Ruperto Trewdel de Vratislavia et Petro Brauwer de Andernach, arcium baccalariis, clericis Vratislaviensis et Treverensis dyocesium testibus premissorum.

Et ego Stephanus Fortune, clericus Mißnensis dyocesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi appellacionis interposicionem lectioni et protestacioni omnibusque aliis et singulis dum ut premittitur fierent et agerentur una cum prenominitis testibus presens interfui eaque sic fieri, vidi et audivi et in hanc formam publicam per alium fideliter conscriptam redigere feci, quam subscripsi et publicam signoque et nomine meis solitis et consuetis eandem consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium premissorum.

Signum notarii.

## 39.

*Notariatsinstrument in welchem bezeugt wird, daß Johannes Weyker, Professor der Theologie und Syndikus der Universität eine Appellation an den päpstlichen Stuhl dem Bischof von Merseburg mitgeteilt und von diesem einen Bescheid darauf erhalten habe.* **Merseburg, 1443 März 18.**

*Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 298<sup>b</sup>.*

*Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II, 9, 199—200.*

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio, indictione sexta, concilio Basiliensi adhuc durante, mensis marci die xviii, hora terciarum vel quasi, in Mersenburg ibidem in curia episcopali in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presencia, personaliter constitutus egregius vir 35 dominus Iohannes Weyker, sacre theologie professor, syndicus et procurator alme universitatis studii Lyptzensis Mersenburgensis dyocesis, nomine dicte universitatis appellacionem tergotenus conscriptam reverendo in Christo patri et domino, domino Iohanni episcopo Mersenburgensi melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus melius potuit et debuit, insinuavit et apostolos petivit. Reverendus etenim pater et 40 dominus, dominus Iohannes episcopus antedictus, recepta sibi copia appellacionis